

BENJAMINIS URSINI

SPROTTAVI SILESI,

Mathematici Electoralis Bran-  
denburgici,

## TRIGONOMETRIÆ,

LIBER II.

De Constructione Canonis Triangulo-  
rum; ejusq; usu in genere.

SECTIO I.

De Constructione Canonis  
Sinuum.

CAPUT I.

De  
CANONE TRIANGULO-  
rum veteri.

**S**uperiore libro vidimus Triangula, eorumq; af-  
fectiones & Symptomata: restat eorundem Di-  
mensio vel Solutio.

Ubi iterum videnda; & Medium seu Instrumentum  
Solutionis, & Solutio vel Calculus ipse.

Illud erit Materia hujus; hoc Tertij Libri.

Dimensio Triangulorum commodissimè, & unicè  
quasi, fit beneficio Canonis Triangulorum.

Canon Triangulum est Tabula, continens definitio-  
nem Quantitatis, quam habent lineæ Rectæ ad Cir-  
culum applicatæ.

Cum enim ex partibus Triangularibus quædam sint Rectæ  
ut la-